

Werk

Titel: Herbarium Amboinense, plurimas conplectens arbores, frutices, herbas, plantas ter

Jahr: 1741

Kollektion: Zoologica

Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen

Werk Id: PPN369546628

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369546628>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369546628>

LOG Id: LOG_0025

LOG Titel: Caput Duodecimum. Agallochum secundarium. Garo. - XII. Hoofdstuk. Agel-Hout

LOG Typ: chapter

Übergeordnetes Werk

Werk Id: PPN369544501

PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN369544501>

OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=369544501>

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

CAPUT DUODECIMUM.

XII. HOOFSTUK.

Agallochum secundarium. Garo.

A Gallochum hoc secundarium seu vulgare proximo gradu convenit cum raro & pretioso Calambaco, illud autem in Patriam nostram plurimum transferitur. Sinenfium autem relationes in eo potissimum quadrant, quod hoc lignum cum antecedenti ex una eademque proveniat arbore, cujus interiora, maxime pingua & vetustissima frusta verum præbent Calambacum, lignum autem, quod in ramis vel circa nodos occurrit, *Agallochum spurium* seu *Garo* est, vulgatissimum ac vilissimum in exteriori tunc parte invenitur. Quum vero inter ligna, quæ pro *Garo* venduntur, maximam observaverim differentiam quoad odorem & colorem, hinc ulteriore indagine a Sinenfibus edoctus sum, optimum *Garo* inveniri in una eademque cum Calambaco arbore, sed alias insuper esse arbores, a priori haud multum differentes, quæ peculiare quoque *Garo* ferunt: Pro vero etiam habetur *Garo*, quod ex Malacca venit, & in insulis *Johor* & *Belitton* crescit, quod autem a *Coinamensi* differt. Verum itaque *Garo* in binas dividemus species, in *Coinamensem* nempe & *Malaicensem*.

Primum itaque seu *Coinamense*, *Thim* & *Thimbio* dictum, lignum est arboris cujusdam, ex genere *Myrcophylli*, *Garo* vero folia sunt paulo longiora, inque his arboribus sæpe observantur longissima flagella, quæ instar filorum ex ramis dependent, uti in *Myrcophylli* speciebus id quoque invenitur, crescuntque etiam in dictis regionibus *Tsjampaa* & *Coinam* seu *Quinam*: has autem quisque dominus pro lubitu extirpare potest, si modo bene gnarus sit, arbores esse satis vetustas, cujus signa etiam certa habent, sed non opus est, ut has sacrificiis expient, uti antecedentem arborem. Atque hæc species potissimum ex nodosis constat frustis, quæ, ut bona sint, in aqua fundum petere debent, cujus *Catti* seu cistula a rege determinata est ad tres argenti *Teyles*.

Lignum hoc multo est durius, magis nodosum, nec ita fuscum, ac Calambacum, sed magis in flavum tendit colorem, ac brevibus, nigris, vel fulcis variegatum est venulis, aliquando etiam omnino cinereum cum atris venulis Calambacum proxime æmulans, sed semper durius ac gravius. In magnis frustis hinc inde ad latera quædam nigræ apparent maculæ, ac si pice forent obductæ, quæ pinguedinem hujus ligni indicant, hæc autem maculæ potissimum in flavis apparent frustis, quæ circa nodos fuere dissecta. Frusta hæc per aliquod tempus resistunt flammæ, & carbonibus ignitis, nec ita facile ignem concipiunt, ac Calambacum, sique conceperunt, non diu continent ignem, quum lignum sit magis solidum & durius; nihilominus tamen, si comburatur, parvam etiam olei præbet quantitatem, unde patet, plurimam partem *Agallochi*, quod in Europa occurrit, hujus speciei esse, omnes enim scriptores testantur, aliquod per tempus igni resistere.

Lignum hoc carbonibus impositum maxime differt odore a Calambaco, eandem quidem odoris speciem & qualitatem habet, sed ex aromatico in acidum vergit, & aliquando cum Benzoino convenit odore, & lignum quoque tale magis albescit vel flavescit, eoque vehementius ejus fumus oculos vellicat, unde talia frusta non multum ad suffimigia adhibentur: Sin radatur hoc lignum, multo magis tenue ac politum est, quam Calambacum, nec ejus rasura ita convolvitur.

Nomen. Latine *Agallochum secundarium Coinamense*, Malaice *Garo Cominjan*, quum ejus fumus *Cominjan* h. e. *Benzoin* spirat. Sinenfibus dicitur *Thim* & *Thimbio*. Belgis *Agel-hout*, a Portugallico *Pao de Aquila*, quod sine dubio derivatur ab Arabico *Agallugin*, seu Latino *Agallocho*, quod quidam non intelligentes ridiculo modo vocarunt *Lignum Aquila*, & Belgice *Arentsbout*.

Loci. Optimum lignum crescit, uti Calambacum in *Tsjampabaa*, sed in *Coinam* venale fertur in forum, ubi quoque crescit, sed vilius est quam *Tsjampahense*,
ac

Agel-Hout.

DE naaste graat met het voorschreffe zeltzaame en duure Calambac bebout bet *Agallochum secundarium*, of bet gemeene *Agelhout*, 't welk meest in onze Landen vervoert wort. De verbaalen van de Sineezen koomen meest daar in over een, dat dit met bet voorgaande van eenen boom komt, in derwelke de binnenste, vetste, en outste stukken 't opregt Calambac zyn, maar 't gene in de takken of omtrent de knoesten zit, is *Garo* of *Agelhout*, en bet alderslegste zit buiten aan den stam: maar derwyl ik onder de bouten, die men voor *Garo* verkoopt een merkelyk onderscheit in de reuk en couleur hebbe gevonden, zo hebbe ik by nader ondervraging van de Sineezen geleert, dat wel de beste *Garo* valt aan een en dezelve boom met bet Calambac, maar datter ook nog andere boomen zyn, van de voorigen niet veel verschillende, die mede een byzonder *Garo* dragen: ook zo wert bet mede voor een opregt *Garo* gebouden, 't gene van Malacca komt, en in de Eilanden van *Johor* en op *Belitton* wast: Dog 't welk van 't *Coinamsche* wat verschilt: Wy zullen dierhalven 't opregte *Garo* afdeelen in twee soorten, te weteen in bet *Coinamsche*, en in 't *Malaidsche*.

Het Eerste of eigentlyke *Coinamsche*, *Thim* en *Thimbio* genaamt, valt mede aan een boom uit bet geslagte der klein-bladige *Varingen*, dog de *Garos*-bladeren zyn wat langer, en men vint ook aan dezen boom zulke lange draden, als garen van de takken afhangen, even gelyk aan de *Varingen*, wassende mede in boven genoemde Landfchappen *Tsjampaa* en *Coinam* of *Quinam*, dog die mag een yder Eigenaar na zyn believen kappen, als by maar weet, dat de boomen out genoeg zyn, waar van zy mede haar kenteekens hebben, en zy boeven dezelve geen offerbande te doen, gelyk aan de voorige, bestaande deze soort meest in knoesten of brokken, en zoze regt goet zyn, moetenze in 't water zinken, waar van bet *Katti* by den Koning op drie *Teils* zilver gestelt is.

Dit hout is veel harder, knoestiger, en zo bruin niet, als bet Calambac, maar wat na den geelen trekkende, en met korte, swarte, of bruine adertjes gespikkelt, zomtyds geheel graauw, met swarte adertjes, bet Calambac naaft komende, dog altyd harder en swaarder: aan de groote stukken ziet men hier en daar aan de einden eenige swarte plekken, als of ze met pek bestreken waren, 't welk de vettigheid van dit hout is, dog deze plekken ziet men meest aan de geele stukken, en die omtrent de knoesten gestaan hebben: deze stukken wederstaan de vlamme of glimmende koole een tyd lang, en vatten bet vuur zo ligt niet, als bet Calambac, en al gevat hebbende, houden 't zelve niet vast, om datze een harder en vastter hout hebben; niet te min, in 't branden zo gevenze ook een weinig oly van zig, waar uit blykt, dat bet meeste *Agallochum*, dat men in Europa toont, van deze soort zy, want alle de Schryvers getuigen, dat bet een tyd lang 't vuur tegenstaat.

De reuk van dit hout zynde op koolen gelegd, verschilt merkelyk van bet Calambac, want bet heeft wel dezelve eigenschap en aart, maar trekt van den Aromatiquen wat na den zuuren, en zomtyds een weinig na den Benzoin, en boe meer wit of geel hout daar aan is, midsgaders boe minder aderen men daar aan vint, boe meer zy ook in de oogen byt, waarom men zodanige stukken ook niet ligt tot reukwerk gebruikt: In 't schrapen valt dit hout veel fynder en gladder, dan 't Calambac, en bet schraapzel krult ook zo niet te zaamen.

Naam: In 't Latyn *Agallochum Secundarium Coinamense*, en op Malleits *Garo Cominjan*, om dat bet in 't rooken naar *Cominjan*, dat is *Benjoin* riekt: Sinees *Thim*, en *Thimbio*: In 't Nederduits *Agel-hout*, van 't Portugeeze *Pao de Aquila*, 't welk klaarlyk afkomstig is van bet Arabische *Agallugin*, of Latyns *Agallochum*, bet welk zommige niet verstaande, belaggelyk in 't Latyn genoemt hebben *Lignum Aquila*, in 't Duits *Arentsbout*.

Plaatzten: Het beste wast gelyk als bet Calambac in *Tsjampaa*, maar wert in *Coinam* te markt gebragt, alwaar 't ook wast, maar slegter, dan 't *Tsjampasche*, beh.

ac plerumque acidum spirat odorem: Ex iisdem regionibus vilis adhuc fertur lignum, sed quod aquæ innatat, Sinensibus dictum *Ittbion* h. e. *Agallochum simplex*, cujus Catti seu cista constat uno taylo. Hoc lignum potissimum albicat, hinc inde fuscis striatum venis, & tam leve est, ut pro carioso haberetur ligno, ubi autem pingues decurrunt venæ, gratissime spirat, tam carbonibus inpositum, quam ore contentum, unde omnino concludo, has exteriores & vilissimas istius arboris esse partes, quæ *Calambacum* verum præbet, hincque etiam a Malaicensibus vocari *Calambac Poeti*, & *Garo Timbol* h. e. album & fluctuans *Aloes-lignum*; e contra istud *Thim* puto provenire ex peculiari & alia arbore, uti statim commemoratum fuit.

Ufus. Ambæ hæc species a Sinensibus non ita ad summigia, quam ad medicamenta usurpantur, ad eodem nempe morbos, ad quos diximus conducere *Calambacum*, ac præsertim ex *Thim* pulvis subtilis præparatur, quem tres hujus ligni species ingredi dicunt, observaturque etiam dulcedo aliqua, acsi *Liqueritia* ipsi esset commixta.

Pulverem hunc vocant *Thimbion Saan*, acsi Latine diceretur *Trium Agallochorum Pulvis*, quem multum adhibent in omnibus talibus morbis, in quibus cor est confortandum. In febribus cum aqua pura affluitur, gratique saporis est. *Garo timbol fluctuans* solum etiam in medicina usurpatur, contra cordis nempe palpitationem, magnamque anxietatem æstus ventriculi, cum aqua contritum & potatum, quidam etiam corpus externe fricant contra ardorem.

In regione *Tsjampaa* prope Metropolim *Puri* arbor dicitur crescere non procul a maris litore, quæ veram præbet *Thim*, hancque vastissimam esse arborem, quæ antiquioribus temporibus semel fuit detruncata, sed ejus truncus ad quatuor ulnarum altitudinem erat relictus, multosque de novo progerminaverat ramos. Hujusque truncus ad inferiorem partem tres ulnas crassus erat.

Hujusque folia omnino sunt similia minori *Microphylo*, sed haud multo longiora articulo digiti, nullos autem dat fructus uti *Microphylli* species, atque ex ramis quoque dependent talia crassa fusca fila seu flagella, ut ex *Microphylo*. Ejus folia diffracta vel abrupta, cortexve fauciat lac quoque effundunt, ut *Microphyllum*.

Arbor hæc sæpe de se spargit odorem jucundum *Calambaccensem*, nemo autem audet hujus frustum decollare, ramulumve abrumpere, quum mox abdominis dolore vexetur, nasusque ejus sanguinem effundat, qui illud perpetrat: quod incolæ credunt tali adferri a proprio genio hujus arboris conservatore, unde illæsa stat cujusvis spectaculo.

Istis *Coinamensis Agallochi ligni* speciebus annumerari quoque debet tertia species, quæ vulgatissimum est *Agallochum*: hujusque ligni arbor per totam *Cautschinim* & *Tsjampaa* vulgaris est. Arborea sunt ingentes, quæ parva gerunt rotunda folia, stuvero minora, quorum plurima simul juncta parvis infident petiolis. Arborea hæc cum ramis extirpatæ in minora cæduntur frusta, quæ in silvis ad putrefactionem relinquuntur, denique internum odoratum reperitur cor. Lignum hoc potissimum ex duris constat nodis, istique supra memorato *Thim* adeo simile est, ut pro uno eodemque haberetur ligno; sed hoc ultimum maculas non ita habet nigras, resinofasque quam *Thim*, cæterum odore fere convenit, & paulo magis siccum est; hocque lignum Sinensibus *Sock* vocatur, quo nomine generaliter Lignum-*Agallochum* denominatur, uti quoque a nostratibus pro uno eodemque habetur ligno. *Pickol* h. e. centum Catjes seu cistæ, seu 125 pondo *Hollandica* in *Tsjampaa* constant viginti quinque *Taylis*: hocque *Sockum* plurimum aquæ innatat.

Altera species est *Agallochum Malaicense*, quo omne denotamus, quod in Malaicis crescit insulis, uti circa *Malaccam*, in insulis *Johor*, *Bintang* &c. ac præsertim in insula *Belitton*, omnibus intra *Sumatram* & *Borneo* sitis. Lignum hoc a *Coinamensi* non multum differt, ejusque frusta inveniuntur, quæ pro vero haberentur *Calambaco*, fusca siquidem & ex cinereo mixta sunt, crassasque habent venas: satis leve est, dentibusque, si manducetur, cedens instar ceræ

Tom. II.

duræ,

bebbende gemeinelyk een suuren of gooren reuk: uit dezelfde Landtschappen brengt men nog een slegter soorte, die meest op 't water dryft, by de Sineezen genoemd *Ittbion*, dat is enkel Agel-hout, waar van 't Catti een teil gelt: Dit hout is meest wit, bier en daar doorlopen met bruine aderen, en zo ligt, dat men 't voor vermolft hout zoude aanzien, dog daar de vette aderen zyn, ruikt het zeer lieffelyk, zo op koolen gelegd zynde, als in de mont, dierhalven ik ganschelyk meene, dat dit de buitenste en schraafte deelen zyn van den boom, die het opregte *Calambac* geeft, en dat het daarom ook de Maleiers *Calambac Poeti*, en *Garo Timbol* noemen, dat is wit en dryvent Aloes-hout; daar en tegen, het voorschreven *Thim* oordeele ik te koomen uit een byzondere boom, gelyk zo even gezegt is.

Gebruik: Deze beide soorten werden by de Sineezen niet zo zeer tot reukwerk, als tot Medicynen gebruikt, te weten tot dezelfde gebreeken, als het opregte *Calambac*, inzonderheit wert van het *Thim* een fyn wit poeder geprepareert, daarze zeggen drie soorten van dit hout onder te koomen, en men gevoelt ook een zoetigheid, als van zoethout daar onder.

Dit poeder noemen zy *Thimbion Saan*, als of men in 't Latyn zeide *Trium Agallochorum Pulvis*, 't welk zy veel gebruiken in alle ziekten, daar men 't bert versterken moet. In koortzen wert het met klaar water ingenomen, en het is lieflyk van smaak. Het *Garo-timbol* fluitans wert ook alleene tot Medicynen gebruikt, te weten tegen 't bert-kloppen, en groote benauteit van brant in de maage, met water geveven en gedronken; sommige stryken 't ook van buiten op 't lyf tegens den brant.

In 't Landtschap *Tsjampaa* by de hooft-stadt *Puri* wert gezegt een boom te staan, niet verre van strant, die het opregte *Thim* draagt, en dat het zoude zyn een zeer groote boom, die by oude tyden eens was afgekapt, dog den stam nog wel vier vademen hoog behouden, en vele nieuwe takken uitgeschooten had: zynde den stam onder wel drie vademen in de ronte.

De Bladeren zyn gants gelykaan die van de kleine *Varingen*, dog niet veel langer dan een lit van een vinger, maar by draagt geen vrugten, gelyk de *Varingen*, en van de takken hangen ook af zulke grote bruine draaden als van de gemelde *Varingen*. De bladeren afgebrooken, of de schorze gequetst zynde geven insgelyks melk, als alle *Varingen*.

Dezen boom verspreit wel van zig een aangenaamen *Calambax-reuk*, maar egter derft niemant bestaan een stuk daar van af te kappen, ofte een takken daar van af te breeken, vermits by straks buik-pyn krygt, en de neuzen hem bloet, die zulks bestaat: 't welk de Inlanders geloven voort te komen van een byzondere geest, die dezen boom bewaart, en by blyft dierhalven also onbeschedigt staan tot een spektakel.

Onder de voorschreven soorten van *Coinams-Agel-hout* moet men mede rekenen het derde geslagt, zynde het gemeinste *Agel-hout*: en dezen boom is door gantsch *Cautschin* & *Tsjampaa* gemein. 't Zyn hooge boomen, hebbende kleyne ronde blaatzes, nog kleinder als een stuiver, die veele tegen malkander aan op kleine ryskens staan: deze boomen werden omgebouwen, en de takken voorts aan stukken gekapt, die men als dan in 't bos laat leggen verrotten, en dan zo vint men 't binnenste welriekende bert. Dit hout bestaat meest uit harde knoesten, en is het bovenstaande *Thim* zo gelyk, dat men 't voor een en 't zelfde aanziet; maar dit laatste heeft zo geen swarte bersagtige plekken, als het *Thim*, zynde anders van reuk bykans het zelve gelyk, of doorgaans wat drooger: en dit hout biet by de Sineezen *Sock*, waar mede zy al het gemeene *Agel-hout* benoemen, gelyk het ook by de onze met het voorgaande voor eenderlei hout gehouden wert. De *Pickol*, dat is 100. Catjes of 125. *Hollandische* ponden in *Tsjampaa*, gelt 25. Teil, en dit *Sock* dryft meest alle boven op 't water.

De tweede soort is het *Maleysche Agel-hout*, en zo noemen wy al het gene in de *Maleysche Eilanden* valt, als omtrent *Malacca*, in de Eilanden van *Johor*, *Bintang* &c., en inzonderheit op het Eiland *Belitton*, alle tusschen *Sumatra* en *Borneo* gelegen. Dit hout verschildt van het *Coinamsche* niet veel, en men vint 'er stukken onder, die men voor opregt *Calambac* zoude aanzien, te weten bruin met graauwe en grove aderen: redelyk ligt, in 't knaauwen de tanden wykende, als of het hart waschis, en de reuk

duræ, odor itidem *Calambaco* similis est, sed uno jucunditatis gradu differt, multoque minor & vilior est. Harum arborum optimæ & plurimæ crescunt in insula *Belitton*, quæ sita est septem octove milliaria ad orientalem partem *Banckas* plagæ borealis, uti quoque in aliis insulis circa *Jabor* sitis.

Arbor est alta, a maris litore distans, folia gerens instar *Microphylli*, minora vero quam *Tsjampacca*, vel uti mihi fuere demonstrata, forina & magnitudine instar *Caju-Lacca*, quæ similia sunt *Lingoo*-foliis, sed lacte carent tam folia quam truncus.

Ejus fructus est rotundus instar *Klitfi*, & nullius usus: Arbores hæc suos habent dominos, uti aliæ arbores frugiferæ, ac quisque suas circumcidit Occidentalibus mensibus, quum maturæ sint, illasque ita dejectas relinquit, usque in Orientales menses, tumque pinguioribus eliguntur partes, inque tres seponuntur acervos.

Maxima, pinguior, & maxime fusca frusta *Garo-Capalla* vocantur, quæ in aqua fundum petere debent, unde & *Garo Tingelam* dicuntur, hæcque segmenta formam sæpe habent piscium, avium, glirum, &c. Secunda species minora exhibet frusta, pinguior quidem & fusca, omniumque formarum, sed fundum non petunt, bonæ tamen sunt notæ. Species hæc dicitur *Garo-ramas*, vel *Garo-Tenga-Tenga*, h. e. media species. Tertia autem species vilissima est *Garo-Eckor* dicta, cujus lignum albo mixtum est colore, & aquæ innatat: ita ut hæc tres species una ex arbore proveniant. Pro prima in *Belitton* solvendus est pro una *Catti* ad minimum unus imperialis, in Java tres quatuorve pro duabus aliis inter sese mixtis, in *Belitton* pro uno picoolo solvuntur a sexdecim ad viginti imperiales, in Java vero a viginti quinque ad triginta: Europæi vero differentiam ignorantes tam caro solvunt has pretio, quam *Garo-Capalla*, uti quoque in *Belitton* hæc species inter sese mixtæ plurimum sunt emendæ. Mea autem experientia edoctus sum, *Agallochum* *Malaccense* multo melius esse *Belittonensi*, arbor autem ibi formam quoque habet *Microphyllum*, sed lacte caret, radicibusque dependentibus, at multis contortis truncis, miro intricatis modo, sibique invicem implicatis constat; hujusque quædam etiam in litore inveniuntur circa oram *Tanjong-tua*, & monticulum *Bubit-Sina*, hæc autem nullum præbent lignum *Agallochum*: E contra optimum hoc lignum reperitur in media regione silvestrium populorum *Bunoang*, cujus quædam frusta *Coinamen* quam maxime adæquant. Circa *Malaccam* autem quædam vilissima occurrit species *Garo-Mafang* dicta, h. e. silvestrium felium seu melium *Lignum Agallochum*, *Sinen*sibus *Batsjaa*, quod forma convenit cum bono *Agallocho* seu *Calambaco*, quod & nostræ nationi sæpe vendunt pro bono *Calambaco*, ipsique miscunt; virtute & viribus tamen multum differt; videtur enim quidem pingue, durum, & angulosum, sed revera tamen est leve & affulus plenum, carbonibusque impositum acrem dat odorem, oculosque vellicantem: isti tamen homines silvestres gnari admodum sunt ad detegendum *Lignum Agallochum* in vetustis & dejectis arboribus, digitorum condylis illud ferientes, sonoque distinguere possunt, & scire, an *Agallochum* lateat, nec ne.

Nomina. Hæc *Agallochi* species a *Malaicenis* proprie vocatur *Garo-Ramas*, exceptis tribus gracilioribus speciebus, quas *Garo-Eckor* dicunt: *Sinen*ses vero optima & maxime pinguior frusta nominant quoque *Thimbio*, reliqua vero omnia *Sock* & *Söo*.

Usus. Tota hæc species plurimum ad odoramentum *Dupa* miscetur, cujus ligna hæc sunt bases; viliores vero species per totam potissimum *Indiam* transmittuntur, & adhibentur ad combustionem demortuorum corporum: *Sinen*ses peritissimi non omnibus *Agallochi* seu *Garo* speciebus nomen tribuent *Thimbio*, sed pro vero *Thimbio* habent lignum solidum, atrum vel fuscum, & durum, quibusdam in locis seu plagis omnino nigrum, quodque igni expositum multum exsudat olei, sed non facile ardet. Odorem quodammodo habet *Garo-Cominjan*, sed non ita jucundum, ac vulgare, rarissime invenitur in *Cambodja* & *Tsjampaa*; *Sinen*ses illud argento mutant, non ita quidem ob gratum odorem, qui non excellit, sed ob vires ejus medicatas; Pro medicamento enim præparant cum aqua

reuk komt ook 't *Calambac* naast, dog verschilt wel een graat in lieflykheit. Van deze boomen wassen de beste en meeste op 't Eiland *Belitton*, gelegen 7. a 8. mylen beoosten *Banckas* noort-boek, als mede op andere Eilanden voor en omtrent *Jahor*.

Het is een booge boom, van *Strandt* afstaande, hebbende bladeren als de *Varinga*, (*Microphyllus*), en kleiner dan de *Tsjampacca*, of zo my getoont wierde, van gedaante en grootte als die van *Caju-lacca*, dewelke zyn als *Lingoo*-bladeren, dog zy zyn zonder melk, zo wel in de bladeren, als in den stam.

De vrugt is ront als de *Klitfi*, en zonder gebruik: De boomen koomen de *Inlanders* toe, als andere vrugt-boomen, en een yder kapt de zyne in de weste moesson, als by ryp genoeg is, en laat hem zo leggen tot in de ooste moesson, als dan zoekt men de vetste stukken uit, en sorteertze in drie boopen.

De grootste, vetste, en bruinste stukken noemt men *Garo-Capalla*, die in 't water moeten zinken, en waar om menze ook *Garo-Tingelam* noemt: hebbende deze stukken zomtyds de gedaante van *Caimans*, *Vogels*, *Rotten* &c., de tweede zoorte zyn kleiner stukken, ook bruin en vet, mede van alderhande fatsoen, maar zinken niet, dog zyn evenwel ook goet. Deze zoorte wert genaamt *Garo-Ramas*, of *Garo-Tenga-Tenga*, dat is middel zoorte. De derde zoorte is de alderslegste, genaamt *Garo-eckor*, met wit hout gemengt, en op 't water dryvende: Zo dat deze voornoemde drie van een boom komen. Voor de eerste zoorte moet men op *Belitton* betalen voor een *Catti*, ten minsten een *Ryksdaalder*, op Java 3. en 4., voor de twee andere, door malkander gemengt, geeft men op *Belitton* voor een *Picool* 16. a. 20. *Ryksdaalders*, op Java 25. a 30., dog de *Europeanen*, het onderscheit niet wetende, moeten het zo dier als *Garo-Capalla* betalen, gelyk men ook op *Belitton* deze zoorten onder malkander gemeenelyk koopen moet. Na myn onderzoek bevinde ik, dat het *Malaxe* *Agel-hout* veel beter is dan dat van *Belitton*, zynde den boom aldaar mede van gedaante, als de *Varingen*, dog zonder melk, en afhangende wortelen, maar met veele gedraaide stammen, wonderlyk verwerd en door malkander gevlogten, staande daar van wel eenige aan het strant, omirent den boek van *Tanjong-tua*, en het bergskan *Bukit-Sina*, dog die dragen geen *Agel-hout*: Daar en tegen valt het beste *Landswaart* in, by de bosch-volkeren *Bunoang*, waar van zommige stukken het *Coinamsche* wel zouden durven tergen: dog valt omtrent *Malacca* mede een zeer slegte zoorte, *Garo-mafang* genaamt, dat is wilde katten *Agel-hout*, en by de *Sineezen* *Batsjaa*, zynde van gedaante het goede *Calambac* wel gelyk, en daarom aan onze natie voor goet *Calambac* daar ondergestooken en verkogt: dog in deugt veel van het zelve verschillende, want het schynt wel vet, hart, en boekig, maar is egter inder daat licht, en splinterig, midsgaders, op koolen gelegd wezende, scherp ruikende of bytende: de voornoemde wilde *Bosch-menschen* zyn zeer ervaren om in de oude en omgewallene boomen het *Agel-hout* te ontdekken, met de kneukels van den vinger daar op kloppende, als wanneerze aan de klank kunnen horen en weten, of 'er *Agel-hout* in zy, of niet.

Namen: Deze zoorte van *Agallochum* wert by de *Maleiers* eigentlyk genaamt *Garo-ramas*, behalven de derde ligte en magere zoort, dieze *Garo-eckor* noemen: En de *Sineezen* noemen de vetste en beste stukken ook *Thimbio*, maar de andere allegaar *Sock*, en *Söo*.

Gebruik: Deze geheele zoorte wert meest tot reukwerk onder de *Dupa* gemengt, waar in deze bouten de principaalste *Ingredientia* zyn: en de slegte zoorten werden meest door gansch *Indiën* vervoert, om gebruikt te worden tot het verbranden van de doode lichaamen: De ervarenste *Sineezen* zullen niet allerhande zoort van *Agel-hout* of *Garo* de naam van *Thimbio* geven, maar bouden alleene voor het eigentlyke *Thim* een massyf, swart, bruin, en hart hout, aan zommige plekken of plaatzen geheel swart, en 't welk aan 't vuur gebouden zynde, veel olie uitgeeft, dog niet licht brant: Het ruikt eenigzints als *Garo-cominjan*, dog niet zo lieflyk als het gemeene, het valt zeer weinig in *Cambodja* en *Tsjampaa*; de *Sineezen* wegen 't tegen zilver op, niet zo zeer om zynen goeden reuk, die geenzints uitmaakt, maar om zyne *Medicinale*

qua, vel Aracka contritum contra tantam ventriculi anxietatem, ac si quis suffocaretur.

Malaccenses suum adhibent *Agallochum* ad omnes morbos frigidos, flatus, tormina, artuum dolores vel aliarum partium, illudque cum Arack, seu spiritu vini conterunt, & propinant, atque cum pauxillo Nucis Myristicæ mixtum externe illud illiniunt.

Quidam Sinenses optimum *Garō*, quod *Calambacō* proximum est, vocant *Susehion*, lævissimumque *Garō* seu supra commemoratum *Ittbion*, *Pafoc*. Soc illis audit durum, quum semper durius sit *Kilam*. Ultima hæc species adhibetur ad parvas inde formandas candelulas, quas Idolis suis adponunt, & *Hio Soa* vocant. Illud in tenuem radunt pulverem, huicque miscent pulverem *Santali albi*, aliaque odoramenta vilioris pretii, cum mucagine ex cortice arboris *Salampoe* stillante, ex quibus massam formant, ex qua parvas tenuesque componunt candelas stramineum culmum crassas, quarum superiora accendunt, lariibusque adponunt, quibus per dies noctesque fumum & odorem spargunt.

Sic quoque legitur in libro Legationis Sinensis a *Joanne Nieborio* conscripto, Lignum *Aventshout* in quibusdam *Zephyreis Sinæ* locis, ac præsertim in *Quantung* crescere, quum vero pag. 33 dicat, purpurei esse coloris ab *Hispanis Lacca* vocatum, ac per totam *Sinam* usurpari ad *Sericum* tingendum, hinc dubito, an verum *Aquila lignum* ipsi fuerit notum, & an non potius intellexerit *Caju Lacca* proprie dictum, quod libro septimo describemus.

Cura atque auxilio reverendi Domini *Theodori Zas*, divini verbi Ministri in Batavia, anno 1690 ex *Malacca* accepi quædam ligni frusta cum foliis & radicibus; quod ex eorum relatu, qui hoc miserunt, verum esset *Agallochum* *Malaccense*, juxta quod adpositam delineari curavi figuram, quod sequenti sese offerebat modo:

Ramuli in tenues, rectos, & subtilissimos minores ramulos erant divisi, ex quibus folia solitaria ac vaga progerminabant, plurima autem deciderant: Folia autem proxime conveniebant cum illis *Varingæ Microphyllæ*, vulgaris nempe formæ cum oblongo apice, brevibusque petiolis, plurima tres, quædam quatuor longa pollices, unum cum dimidio, & quædam duos lata pollices, glabra, & tenuia.

Ad latera multæ decurrunt costæ transversales, quæ superius incurvantur, & prope oras sinus est, in quem omnes terminantur. Siccata folia parum modo tractata secundum has costulas finduntur, ac lacerantur instar foliorum *Musæ*, ita ut vix integrum occurreret folium, hisce junctum erat frustum rami recti, duos digitos crassi, lignoque erat fungoso & levi, uti & *Lignum Aquilæ*, hoc quoque si siccum fuerit, substantiam internam habet albicantem atque porosam, obductum autem illud fuit cortice tenui, glabro, & cinereo, cortices simul trunci erecti juncti erant, sed tenaces, ita ut transversaliter vix confringi possent, in tenuia autem parvaque fila duci poterant, qua in re etiam cum dicta *Varinga* conveniunt, quæ cinerea erant nigrisque maculis variegata. Radices arboris erant tenues & longæ, in plures tenuissimas divisæ fibrillas: De *Ligno* annotabant, quod esset levissimum & fragile, nec transplantari poterat, non additum fuit, an trunci cortex lactesceret instar *Varingæ*, neque an fructus gereret, vel quam in parte & loco *Agallochi* frusta invenirentur; Sapor corticis trunci erat fatuus, in radicibus autem amaricans: ac porro singula carbonibus inposita nullum præbebant odorem saporemve aromaticum.

Anno dein 1693 cura Domini *Nicolai Schagen* gubernatoris nostri summi ramos denuo *Agallochi* *Malaccensis* conquisi, ut & ramulos cum foliis, quæ cum præcedentibus conveniebant, excepto quod paulo latiora & crassiora essent, & quantum recordari possum, optime convenirent cum illis, quæ ante aliquot annos ex *Bantama* acceperam, quæ erant collecta ex duabus ingentibus *Varingæ* arboribus, quæ tum temporis locatæ erant ante palatium *Regium*, de quibus *Sinenses* testabantur mihi que confirmabant, *Calambacum* in hisce latere, quod jucundus denotabat odor, qui aliquando circa illas observabatur, Rex autem nolebat illas exstirpari, quamvis *Sinenses* ipsi sæpius pecuniam obtulerant.

Ulti.

nale kragten: want zy gebruiken 't tot *Medicynē*, met *Water* of *Arack* gevreeven, tegens zodanigen benauteit in de krop der maage, als of ymant verstikken wilde.

Die van *Malacca* gebruiken haar *Agel-hout* tegens alerbande koude gebreeken, winden, en pyne in de leden, of waar 't mag wezen, 't zelve met *Arack* of *Brandewyn* vryvende, of innemende, ook, met een weinig *Notemuscaten* gevreeven, van buiten opfmerende.

Zommige *Sineezen* noemen het beste *Garō*, dat naast de *Calambac* komt *Susehion*, en het ligte *Garō* boven genaamt *Ittbion*, *Pafoc*. Soc is by hun lieden gezegt hard, om dat het altyd harder is dan *Kilam*. Deze laatste zoorte werd gebruikt om de kleine kaarsjes daar van te maken, dieze voor haar *Afgoden* zetten, en *Hio-soa* noemen. Zy schrapen het tot een fyn poeyer, daar onder doende poeyer van witte zand, en eenige andere reukwerken van kleine prys met lymagtigheit uit de schorsse des booms *Salampoe* druipende, waar van zy een massa maken, daar uitze kleine en dunne swarte kaarsjes formieren in de dikte van een stroo-balm, die zy aan 't bovenste eind aansteken, en voor haare *Huisgoden* zetten, daarze dag en nacht rooken.

Zo vint men ook in het boek van de *Sineeze* gezantschap door *Joan Niehov* beschreven, dat het zo genoemde *Avents-bout* in zommige zuider Provincien van *Sina*, inzonderheit van *Quantung* wasse, dog dewyl by pag. 33 zegt, dat het purper-verwig moet zyn, van de *Spanjaarden* *Lacca* genaamt, en door gantsch *Sina* tot de zyde te verwen gebruikt werde, zo twyffle ik, of by het opregte *Arents-bout* gekent, en niet veel meer daar door verstaan hebbe het eigentlyke *Caju Lacca*, 't welk wy in 't zevende boek beschryven zullen.

Door voorschryven en hulpe van den Eerwaardigen Heer *Theodorus Zas*, Dienaar des Goddelyken woorts tot *Batavia* heb ik A. 1690. van *Malacca* bekomen eenige stukjes met bout, bladeren, en wortelen, naar haar lieden schryven van 't *Malacze Agel-bout*. Waar na ik de nevenstaande figuur heb laten maken, en waren aldus:

De takjes waaren in regte, dunne, en zeer fyne ryskens verdeelt, daar aan de bladeren enkelt, en wat ydel gestaan hadden, dog waren allegaar afgevallen. De bladeren quamen naast over een met die van *Varinga Microphyllæ*, te weten van een gemeene fatsoen met een langagtige spits en korte voetjes, de meeste 3. zommige 4. duimen lank, van 1½. en 2. duimen breed, glat en dun.

Ter zyden lopen veele dwers-ribbetjes, die zig na voren krommen, en digt langs de kant loopt een zoompje, daar in zy eindigen. De gedroogde bladeren slegts een weinig gehandelt scheuren langs deze ribbetjes gelyk *Pissang*-bladeren, zo datter qualyk een geheel blaad te vinden was, hier by was gevoegt een stuk van een regten tak, twee vinger dik van een ligt en woos bout, gelyk als hier het drooge *Aarent-bout* van binnen wit en poreus is, bekleet met een grauwe, effene, en dunne schorsse, daar by waren de schorsen van een regten stam, niet dik, maar zeer taay, en qualyk over dwers te breeken, latende zig in taaye haartjes trekken, waar inze ook met de voornoemde *Varinga* overeenkomen, graauwagtig met swarte spikkels. De wortelen waren dun en lank, verdeelt in veele dunne vazeligen: Van 't bout werd gescreven, dat het zeer ligt en bros was, geenzints om te verplanten, daar was niet bygevoegt, of de schorsse des stams melkagtig was, gelyk aan de *Varinga*, nog of by rugten droeg, en waarmen de regte stukjes van 't *Agel-bout* vint: De smaak in de schorsse des stams was laf, maar in de worteltjes bitter: Voorts allegaar nog op de koolen, nog in de mont met eenigen speceryagtigen reuk of smaak.

Daar na A. 1693. door voorschrift van den Edelen Heer *Nicolaas Schaghen* onzen tegenwoordigen Heer *Gouverneur*, heb ik nogmaals de takken van het *Malacze Agel-bout* bekomen, te weten, alleenlyk de takkens met bladeren, dewelke met de voorgaande meest overeenquamen, behalven datze wat breeder en dikker waren, en na myn onthout best overeenquamen met de geene, welke ik eenige jaaren te voren van *Bantam* bekomen hebbe, zynde genomen van twee groote *Varinga*-boomen, dewelke doenmaals stonden voor 's *Konings* *Paleis*, en waar van wy de *Sineezen* verzekerden, datter *Calambac* in schuilde, uitwyzende den goeden reuk, denwelken men zomtyds daar omtrent bespeurde, dog den *Koning* wilde haar niet laten omkappen, hoewel hem de *Sineezen* gelt daar voor geboden hadden.

E 3

By

Ultimis istis ramis ex Malacca delatis fructus quidam erant juncti, sed ramulis non adhærentes, hique magnitudinem habebant parvi Pruni, inferius rotundi, superius acuminati, pyriformes, omnesque in bina segmenta separata prolapsa divisi erant. Exterius putamen habebant lignosum, crassum, saporis valde amaricantis, leve, & fungosum, in quoque segmento interne apparebant binæ oblongæ cavitates, seu cellulæ, in quibus officula locabantur minora Baccis Lauri, atque in quibusdam bina, in aliis quatuor inveniebantur, externe mollia, lanuginosa, parum ab utraque parte acuminata, sub lanugine hac nigra erant, sed interior illorum pars potissimum erat exsiccata; unde edoctus fui, ab omnibus Varingæ fructibus maxime differre.

In Rumphii *Auctuario* hæc subjunguntur.

DAPPERUS in *Madagascaræ descriptione* pag. 29. arborem describit *Tetech*, ejusque lignum pro Aloës ligno, vel saltem ejus specie nobis obtrudit, ejus vero descriptio est valde obscura, ac proinde incerta, præfertim quum verum Aloës lignum ex Orientali tantum India adducatur.

EXPLICATIO

Tabula Decima,

Exhibentis ramum AGALLOCHI secundarii Malaccensis: quod Garo Malacca incolis vocatur.

- A. Ejus folium sistit.
- B. Fructum integrum.
- C. & D. Fructum in binas & quatuor celulas distinctum.
- E. & F. Dimidiam fructus partem apertam, dimidiam vero oclusam & integram.
- G. & H. H. Involucra feminalia.
- I. Semina ipsa.

CAPUT DECIMUM TERTIUM.

Agallochum Veteribus notum fuisse; & quo modo in India adulteretur.

A Gallochum ab antiquis jam temporibus fuisse notum & usitatum supra innuimus, diximusque Ahalim in sanctis Bibliis memoratum, nihil aliud potuisse esse quam hodiernum Agallochum, quod potissimum concluditur ex Psalmorum quadragesimo quinto, & Proverbiorum septimo, ubi distincte dicitur, Ahalim ad suffitum pretiosarum vestium ac cubilium fuisse usurpatum: Aliquis autem objicere posset, & interrogare, qua ratione Salomon Ahalothi-arbores, quæ descriptæ inveniuntur *Cantic. 4. vers 14.* in suo prædio potuerit conquistasse & coluisse? Ad quod respondeo, non necessario requiri, omnes illas aromaticas arbores, cum quibus sponsa in illo loco comparatur, revera in Salomonis horto locatas fuisse, quamvis & illud facile concedi posset: Quid enim obstitisset, potentem illum, perque totum mundum celebrem Regem, cui rarissima ac pretiosissima quævis ex media Æthiopum terra suppetebantur & adducebantur, non potuisse classibus suis ex Ophyre, ubi Ganges fluit, arcescere sibi plantulas quasdam Ahalims-arborum, æque ac Calamum & Cinnamomum ex Zeylana, ut & Myrrham ac Thus ex Arabia felice, quæ omnia in eodem horto celebrantur & commemorantur. Apud posteriores scriptores tam Græcos, quam Latinos, ab illo tempore nulla hujus ligni fit mentio usque ad Dioscoridis tempus, qui sub Augusto Cæsare vixit: sine dubio, quod adeo rarum atque carum esset, plebi vel privato non fuit notum vel usitatum ad usum medicum. Ex Dioscorid. autem *lib. 1. cap. 21.* quædam suboriuntur difficultates, an ipsi verum Agallochum jam fuerit notum, primum, quum Agallochum suum dicit esse maculosum, vel potius punctatum, seu maculatum, quod subsequentes & recentiores scriptores non commemorant, unde & Matthioli in suis

Com-

By de laatste genoemde takken van Malacca waren eenige vrugten gevoegt, dog niet aan de takjes vast, dezelve waren in de grootte van een kleene pruim, van voren ront, en agter wat toegespitst, Peereformig, en allegaer in twee deelen van malkander gevallen. Van buiten badenze een dikke boutagtige schaal, zeer bitter van smaak, ligt en voos, binnen zag men in yder deel twee langwerpige bolligheden, en daar in de Zaat-korrels, kleender dan Bakelaar, in zommige twee, in zommige vier, van buiten wat zagt als wol, agter en voren met een spitze, onder de wolagtigheit warenze swart, dog van binnen meest uitgedroogt. Waar uit ik bemerkte, datze van alle Varingas-vruchten veel verschillen.

In het *Auctuarium* van Rumphius wert dit 'er bygevoegt.

DAPPER in de *Beschryving van Madagascar* pag. 29. beschryft den boom Tetech, en wil ons deszelfs hout voor Aloës-hout, of immers een medezort daar van verkopen, doch de beschryving is duister, en by gevolg onzeker; dewyl men het regte Aloës-hout alleen uit de Oost-Indische Landen brengt.

UITLEGGINGE

Van de tiende Plaat,

Verbeeldende een Tak van het tweede of Malacce Agel-hout, Garo Malacca by de Inwoonders genaamt.

- A. Vertoont des zelfs bladt.
- B. De gebeelee vrucht.
- C. en D. de Vrucht in twee en vier kamertjes verdeelt.
- E. en F. de halve vrucht geopent, de andere helft gesloten, en in zyn geheel.
- G. en H. H. het bekleedzel der Zaat-korrels.
- I. Het binnenste zaad.

XIII. HOOFDSTUK.

Dat het Agallochum de Ouden zy bekend geweest, en hoe het in Indiën vervalst wort.

Dat het Agallochum al van oude tyden is bekend, en in gebruik geweest, hebben wy hier boven aangeroert, en gezegt, dat het Ahalim, in de Bybel vermeldt, anders niet kan geweest zyn, dan het bedensdaagsche Agallochum, het welke voornamentlyk volgt uit den 45. Psalm, en Proverb. 7. alwaar wel duidelyk gezegt werd, dat het Ahalim tot het berooken van kostelyke klederen, en betsteeden zy gebruikt geweest: Doch men mogt hier tegens inwerpen en vragen, hoe Salomon de Ahaloths-boomen, die beschreeven staan *Cantic. 4: vers 14.* in zyn lusthof konde gebadt hebben? waar op ik antwoorde, niet nootzakelyk te volgen, dat alle die specery-boomen, met welke de Bruid op die plaatze vergeleeken werd, inder daat in Salomons hof moeten gestaan hebben, hoewel men zulks egter mede ligtekyk kan toestaan: want wat zou 'er aan geschort hebben, dat dien magtigen en door de werelt zoo beroemden Koning, die men de allerraarste kostelykbeden uit het binnenste van Mooren-lant toevoerde, ook met zyne vlooten uit Ophyr, daar de Ganges afstroomt, niet mede zoude hebben doen overbrengen eenige plantjes van Ahalims-boomen, zoewel als Calmus, en Caneel uit Ceilon, Myrrhen en Wierook uit Arabia felix, die al mede in den zelfden hof werden geroemt en uitgedrukt. By de navolgende Schryvers zo onder de Grieken, als Romeinen, vind men van die tyd af geen gewag van dit hout gemaakt, tot Dioscorid. tyd toe, die geleefd heeft onder den Keizer Augustus: buiten twyffel om dat het, wegens zyne raarheit en duurte, weinig onder de gemeine man in de Medicyne is bekend geweest, maar uit gemelde Dioscorid. *lib. 1. cap. 21.* ryzen dan wederom eenige twyffelingen, of hem het regte Agallochum al zy bekend geweest, ten eersten, om dat hy zyn Agallochum zegt te zyn Maculosum, of veel meer Punctatum, dat is geplekt of gespikkelt, het geen

de